

Band III., Nr. 901, Seite 404

Die Brüder des Klosters Schussenried urkunden, dass der Schenk Konrad von Winterstetten, unter feierlicher Zustimmung seiner Gattin Guta und seiner Tochter Irmengard, Gattin Konrads von Schmalegg, seine Stadt Schammach zu Begehung seines und seiner Gattin Jahrestages auf den Altar der heiligen Jungfrau an ihre Kirche übergeben habe.

Bad Schussenried, 1237. November 1.

Quoniam quidem iuxta beati Iob sententiam breves dies hominis sunt, et licet aliqua annorum curricula contineant, tamen velut umbra pretereunt. Nichil enim eos diucius post obitum aliquando vixisse commemorat quam dies anniversarius per singulos annos solemniter celebratus. Notum ergo facimus tam presentis quam future generationis hominibus presentem paginam inspecturis, quod dominus Cunradus, pincerna de Wintersteten, op[us]idum, quod dicitur Schammun, fratribus ecclesie Sorecensis contulit, quod a quodam milite Fridrico de Bongartun¹ pro LXX marcis comparavit. Quod nimirum opidum cum sua proprietate tali sub conditione nobis tribuit, quatinus eius anniversarium et uxoris sue Güte sub uno die per annos singulos celebremus. Statuit autem, ut in eodem anniversario sex maltra siliginis in prandium pauperum decoquamus atque pulmentum, caseo X solidorum conditum, eisdem solemniter tribuamus. Vocata est itaque Güta, uxor sua, et filia sua Irmengardis, uxor domini Cunradi de Schmalenegge, ad predictam ecclesiam, que simul ius hereditatis resignaverunt atque prefatum opidum super aram beate Marie virginis sanctique Magni confessoris libere obtulerunt etc.

 Acta sunt hec anno domini M^o. CC^o. XXX^o. VII^o., in die omnium sanctorum, in ecclesia Sorech, presentibus Vlrico Augiensi preposito, Cunrado eiusdem cenobii preposito atque simul eiusdem congregationis collegio universo.

Aus dem sog. Kettenbüchlein des Klosters Schussenried, S. 10, einem Diplomatar aus dem 14. Jahrhundert auf Papier.

¹Oberbaumgarten.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

HStA Stuttgart

Signatur/Titel des Originals:

H 14 Nr 230 (sog. Kettenbüchlein), S. 10

Überlieferung und Textkritik:

Abschrift: HStA Stuttgart B 505 Bü 66.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Bad Schussenried

Aussteller:

Schussenried; Brüder des Klosters

Ortsindex:

Bad Schussenried Wohnplatz (17071)
 Bad Schussenried, BC
 Oberbaumgarten Wohnplatz (17815)
 Oberbaumgarten, Eriskirch, FN
 Schammach Wohnplatz (17058)
 Schammach, Attenweiler, BC
 Schmalegg : Ravensburg RV
 Schmalegg Wohnplatz (20127)
 Winterstettenstadt : Ingoldingen BC
 Winterstettenstadt Wohnplatz (17302)